

THE KING IS DEAD—LONG LIVE THE KING

(adapted from Jenney's First Year Latin for Lessons 29 and 30)

Tum cum Ancus Romae regnabat, quidam Lucumo, vir cum corde impigro et divitiis magnis, Tarquiniis Romam commigrare constituit. Quamquam cupidine ac spe magni honoris motus est, facultates Tarquiniis non adfuerunt quia ibi peregrinus naturā erat. Filius Demarati Corinthii erat, qui ob seditiones profugus erat et Tarquiniis consederat. Post mortem patris divitis, Lucumo in suis novis divitiis multos dies erat laetus, quae ut ei felicitatem dederunt sic uxori Tanaquili cupidinem potentiae dederunt.*1 Haec superba femina non facile rem humilem Tarquiniis perferrebat, et, quod maritus erat peregrinus, hoc erat difficile ei et coniugi quia nulla honoris spes Tarquiniis fuit. Ergo Tanaquil Romā discessum properare statim cupivit. Itaque faciem mariti spectavit et “Hic,” inquit, “mi marite, non manebimus, sed Romam nos conferemus, ubi honore magno in novā urbe non excluderis.”

Ergo in suum iudicium (*decision*) laeti erant, res collegerunt et multa milia passuum in cursu Romam vecti erunt. Forte ad Ianiculum primo venerunt.*2 Ibi, ut Lucumo in carpento cum uxore sedebat, aquila pilleum abstulit et, postquam evolavit, in capite apte reposuit, casus mirus aspectu. Tanaquil hoc augurium laete accepit, perita, ut Etruscae feminae erant, caelestium prodigiorum. Ad hanc speciem, virum cepit et eum docuit: “Spera excelsas et altas res, nam illa avis, quae tuum pilleum cepit et reposuit, ex caelo ut nuntia deorum venit. Ergo habe in deis fidem et capi hanc facultatem quam dei tibi dederunt.”*3 Has spes cogitationesque secum portabant ut urbem intraverunt, ubi domum emerunt et Lucumo edidit suum novum nomen: L. Tarquinius Priscus. Novitas divitiaeque eum Romanis conspicuum faciebant, et ipse fortunam benigno adloquio et beneficiis adjuvabat, et sic multos sibi conciliavit. Denique in regiam quoque fama eius perlata est. Mox in amicitiam cum rege adductus est, et non modo publicis sed etiam privatis consiliis intererat; postremo etiam factus est tutorem liberis testamento regis. Sed omnes alii audaciam ambitionis timebant.*4 301

A STOLEN KINGSHIP / A HEAD ON FIRE

(adapted from Jenney's First Year Latin for Lesson 33)

Post mortem Anci, Tarquinius, nunc tutor liberorum regis, comitia convocare properavit. Deinde ad tempus quo cives regem delectum veniebant, filios Anci itinere frui dimisit. Ambitiose regnum petivit et apud comitia orationem habuit ab quā populo potiebatur. Sic in pupillorum loco regno potitus est et gavisus est. Quod Senatum facere amicum sibi cupivit, Senatoribus quos Romulus creaverat centum alios addidit, homines quos sibi pecuniā conciliaverat.

Olim in regiā prodigium visu eventuque mirum fuit: caput filii servae cui Servio Tullio fuit nomen, in multorum conspectu, ut dormiebat, arsit. Servos qui verebantur et flammam aquā exstingere temptabant Tanaquil retinuit, nam putabat: “Tale prodigium sine numine non evenit” Mox cum somno flamma quoque abiit. Regina virum in secretum abduxit et inquit: “Olim hic puer saluti nobis erit.” Ut rex persuasus est, dehinc Servius coepit haberi velut filius regis et reginae et educari cum liberis regiis, cui, postquam adolevit, rex suam filiam in matrimonium dedit.

Ob haec duo filii Anci, quibus Tarquinius regno potitus erat, suā irā vesebantur et res novas cupere coeperunt, enim imperio post regis mortem potiri cupiverant. Secum inquit: “Nunc idem regnum quod Romulus tenuit, quod regnum nobis debetur, servus et filius servae tenebit.” Ergo ferro hanc contumeliam desinere constituerunt. Pro facinore duo pastores deliguntur qui in vestibulo regiae specie rixae in se omnis apparitores convertunt. Inde, ubi ambo regem appellabant clamorque eorum in regiam pervenerat, ad Tarquinium adducti sunt. Tandem Lictoris iussu se obloqui functi sunt et unus pastorum ex composito remorsus est. Ut rex intentus ad hunc se vertit, alter securim tollit et in caput deicit. Hoc telum in vulnere relinquit et ambo ex regiā properant. Inde erat clamor concursusque undique. Interim Tanaquil inter tumultum regiam claudit. Deinde Servium sibi vocavit et inquit: “Servi, est tuum regnum, si vir es, non unus illorum qui alienis manibus tam malum facinus facere optat. Erige te et sequere deos qui, ante ubi caput igne divino circumfundebant, hoc portenderunt!”³⁰⁹

EVIL BEGETS EVIL

(adapted from Jenney's First Year Latin for Lessons 34 and 35)

Ut Tarquinius moribundus iacet et Tanaquil regiam claudi iubet et nemo inire potest, ea per altam fenestram plebem adloquitur iubetque eos tranquillos esse. Inquit “Rex, qui non graviter vulneratus est, paucis diebus valere poterit. Meum maritum mox videre debetis; interim iubet vos Servio Tullio parere, qui regis officiis fungetur.” Sic ubi post paucos dies mors regis populo aperta est, cives omnes Servium bene officia fecisse existimaverunt, qui igitur sine negotio rex delectus est. Interim filii Tarquini eandem inimicitiam Servio ostendisse non putati sunt ac filii Anci Tarquinio, itaque suas duas filias iuvenibus regiis, Lucio atque Arrunti, in matrimonium dedit.

Servius censum institui cupivit quo civis omnis variis ordinibus distribuit. Dehinc officia non viritim, ut ante, sed pro habitu pecuniarum cuique commissa sunt: sic divites multam, parvam pauperes, potentiam gratiamque in re publicā habuerunt.

Servius iam haud infeliciter regnum cepit, sed ab uno ex filiis L. Tarquini Prisci invisus est. Hic Lucius, homo animo audaci, et frater eius Arruns, iuvenis mitis ingenio, duae Tulliae regis filiae nupserant, et etiam magne dispares moribus erant, altera mitis, altera mala. Forte violentia ingenia matrimonio non iuncta erant, sed mala uxor miti marito, mitis uxor malo marito datae erant. Mala Tullia cupivit maritum suum et cupiditatem et audaciam habere, sed ita non erat. Coepit ad alterum Tarquinium averti eumque mirari, et eum fortem ac verum filium regii sanguinis esse habere. Similitudo eos celeriter contrahit, ut saepe accidit—malum gignit malum. Mox mala Tullia alienum virum secretis sermonibus adire solebat, in quibus nullis contumeliis de suo viro ad eius fratrem, de suā sorore ad eius virum, parcebat. Celeriter Lucium suā temeritate implevit, qui tunc cupere suā uxore se liberare et alteram Tulliam in matrimonium ducere coepit. Heu, nemo eos et mala consilia eorum desinere poterit?! ²⁸⁹

A PALACE COUP

(adapted from Jenney's First Year Latin for Lesson 36)

Lucius Tarquinius et Tullia secunda, quoniam non modo amore inter se sed etiam regni cupidine occupati erant, constituerunt duplici caede se coniugibus liberare. Tum ubi domos vacuas novo matrimonio fecerant, iuncti sunt nuptiis quas Servius nec prohibebat nec probabat. Tum vero periculum et senectuti Tulli et regno crescebat. Enim iam mulier ab uno scelere ad aliud scelus spectare, et nec nocte nec die virum conquiescere pati coepit. Saepe ei dicebat se frustra fratrem eius et sororem suam interfecisse et eum ipsum esse similem ignaviā fratris. Negavit id peregrinum regnum occupare necesse esse; dixit deos et Penates et regiam et solium et nomen Tarquinium creare vocareque eum regem.* “Memento” inquit “me et caput patris et regnum eius tibi tulisse ut dotem et ergo te opes huius doni exigere debere.”

Tarquinius igitur ad Senatores quos pater creaverat ambitiose circumibat et monebat eos patris sui beneficiorum memoris sibi favere debere. Postremo, ut iam tempus idoneum esse visum est, ipse cum sociis eius in Forum cum armis inrupit. Ibi in regiā sede pro Curiā sedit et Patres in Curiam per praeconem citari iussit. Ubi convenerant, Tarquinius orationem habuit Servium, ipsum servum servaeque filium, post mortem indignam patris sui, non per comitia suffragiumve populi, non Senatorum auctoritate, sed muliebri dono regnum occupavisse.*

Servius, quamquam nunc vetus vir erat, ubi ab trepido nuntio generum suum in solio sedere doctus est, in Curiam rupit et a Lucio Tarquinio imperium capere temptavit. Statim in vestibulo Curiae magnā voce “Quae est” inquit “haec res, Tarquini? Quā audaciā tu Patres vocare et in sede meā sedere ausus es?” Ubi ille ferociter his responsit se patris sui sedem tenere et se filium regis et heredem regni esse, clamor ab omnibus fautoribus ortus est, et concursus undique populi in Curiam erat. Nemo qui vivus ex hoc certamine eveniet dicere potuit. ²⁹⁸

WICKED STREET

(adapted from Jenney's First Year Latin for Lessons 37-39)

Ergo illic in Curiā hi duo ferocissimi competitores steterunt, et quisque se veriolem regem esse sensit. Tum Tarquinius ab aceri imperi cupiditate dirius facinus facere coactus est: ut regi et aetate et viribus multo praestabat, Servium oppugnavit et superavit et arripuit et e Curiā extulit et de Curiae gradibus humum deiecit.

Tunc omnes fautores inter se mirissime spectaverunt. Quid eveniet? Venientne amici Servii eius auxilio? Oppugnabuntne fautores Tarquiniū contrā? Sed heu, verum est quod scripsit Ennius: "Amicus certus in re incertā cernitur." Apparitores atque comites regis fugerunt.* Servio Tullio ipsi, prope exanimi et sine regio comitatu, domum solum se trahere temptare necesse erat.

Itaque Servium Tullium, postquam de Curiae altissimis gradibus a Lucio Tarquinio deiectus erat, ut domum se tardissime conferebat, ab variis viris qui a pessimo Lucio Tarquinio eum consecutum missi erant interfectus esse fertur. Creditur, quia a foedo scelere non abhorruit, hoc opus propter admonitum eius filiae Tulliae factum esse. Certe, cum nuntium audivit, carpento in Forum quam celerrime invecta est, ubi evocavit maritum e Curiā primaque regem et principem appellavit.* Postquam, ubi ab eo e tanto tumultu et tantā turbā domum se recipere iussa est, a Foro ad Esquilias vehebatur; sed ut ad summum Vicum Cyprium pervenit, ubi servus eius carpentum ad dextram in Clivum Urbium versisse debuit, pavidus constitit atque, ut inhibuit frenos quibus iumenta agebat, corpusque patris Servi humi iacere dominae ostendit. Foedissimum et inhumanissimum inde traditur scelus, quo Tullia super patris corpus carpentum egisse fertur, partemque sanguinis ac caedis paternae cruento vehiculo rettulisse ad Penatis suos maritique sui. Via ubi hoc dirissimum scelerum commissum est deinde Vicus Sceleratus vocata est. ²⁶⁶